

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXVI

urn:nbn:de:bsz:31-97032

ictum pati dicuntur. Proinde Tiberius fulminibus ter-
 ritus, tonante cælo Lauro coronabatur. Lapideas in
 mari rubro esse scribit *Theophrastus 4. de plant. c. 8.*
Lentiscus folliculos profert corniculi modo intortos,
 in quibus includitur liquor limpidus, qui tandem vete-
 rasens vertitur in bestiolas iis persimiles, quæ ex ulmi
 & terebinthi folliculis evolant. Ex Lentisco vulne-
 rato, in Chio Insula Ægei maris fluit mastiche; quæ
 in terra circumpavita conpressit. *Mathiol. l. 1. c. 45.*
Lini oleum, si sæpius destillaveris, inquit *Baptista Por-
 ta l. 10. Mag. c. 9.* adeo mirabilem vim incendendi
 retinet, ut vix vase claudi possit, quin ignem ad se allu-
 ciat, & reserato vase, adeo tenue est, ut aërem spiriti-
 bus repleat. Quod si lumen candelæ aut ignis tetige-
 rit, accenditur aër, & ex eo oleum accensum flam-
 mam eminus jaculatur, eamque vehementem, ut im-
 possibile fere extingui. In Indiæ desertis nascitur rus-
 sum, in igni durans & nobilius inde evadens. Enasci-
 tur ex saxis veluti efflorescendo tanquam in rectum as-
 surgens, pilus brevis, & ob hoc difficilis textu. *Liban.
 l. 2. c. 7. de Bombycib.*

CAPUT XXVI.
 DE LARICE, LILIO,
 Lysimachia, & Loto.

Laricem non aduri quidam inter præstantissimos
 scripsere; & nos supra adduximus ex Lemnio: id
 falsum compertum est. In Tridentinis montibus sit
 ferrum, in quibus fornaces larigna materia cale-
 fiunt; imo à nullo ligno magis liquefiunt metalla. Et si
 lapides bitumen redolentes accenduntur, quid de resino-
 so ligno dicendum? *Lilia* totum annum durabunt
 viridia, si cum occlusa silent, nec dum patentia de-
 hiscunt, decerpta novis fistilibus non picatis, indito
 diligenter operculo, recondantur. *Math. ex Anato-
 lio in l. 3. Diosc. c. 99.* Cum intermedio tempore
 promuntur ad usum, statim ad Solem producta, sen-

sensu accedente caloris, aperta panduntur. *Lysmachia* insigne contra pestem remedium est. Invenitur eam apud Cenomanos rustlici. Altius quippe homini adaligata, deorsum pestilens impellit virus, collectumque tandem inibi, sursum regredi non patitur. *Ruell. de nat. stirp. l. 3. c. 78.* Iumentis discordantibus jugo imposito, asperitatem cohibet. *Lotus* arbor est ingens patula ramorum opacitate lasciva. Harum sex H. S. millies aestimavit *Domitius. Plin. l. 17. c. 1.* Duraverunt ad Neronis incendia, quibus cremaverat urbem annis centum octoginta. Est & herba in Ægypto, hoc nomine, quæ recedentibus aquis Nili riguis provenit similis fabæ. *Plin. l. 13. c. 17.* Fructus ei in capite papaveri similis incisuris, intus grana. Incolæ capita in acervis putrefaciunt; mox separant lavando, siccata tundunt, eoque pane utuntur. Sole occidente papavera ea comprimuntur & integuntur foliis. Ad ortum autem aperiuntur, donec maturescant, flosque qui est candidus decidat. Panis ille inter remedia habetur. *Plin. l. 22. cap. 21.* Constat enim eos, qui illo vivunt, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis ventris infestari morbis. Nihil eo dum calet levius, refrigeratus difficiliter concoquitur.

CAPUT XXVII.

DE MALABATHRO, MALIS
Punicis Assyriacisque, nec non arbo-
re Manguis dicta.

Malabathrum folium est sui generis, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo, aquis sine radice innatans. Id collectum statim transiitur lino, reconditur siccatum. *Diosc. l. 1. c. 11.* Tradunt siccatis æstivo fervore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non evertit, ne amplius quidem renascitur. *Mala Punica* in tria redegit fastigia *Diosc.* Vni dulcia, alteri acra & acida, tertio mista adscriptis & vinosa. Acida mitescere & dulcia fieri tradunt; *Isisil-*